Site per culmina liberalis studii ingenuum doctrina monstra
uerit uenum nisi peritia suffragante non &egis. Inuitata
qua notus sum lege parcendi circa desidem securitatem sub peren
nitate seruabo. Quod restat deum precor ut ualeas & de
uersibus tuis caelesti fauore committatur spem augeas quam
dedisti. FINIT.

ENNODIUS FAUSTO.

Summa gaudiorum est opportunitas perlatoris. qui minister
diligentiae per necessitates suas desideriis obsequium praes
tat alienis. Hunc quidem honestas commendat & peregri
nus ab officio mercatoris pudor insinuat. Iungitur quod ei
notitia culminis uestri ad fidem probitatis accessit. Nam
scriptionis uenerandae frugibus ipso commeante satiatus sum.
Refundo ergo depositum officii lege constrictus. Et quem
in liguria positum pro uirium mediocritate suscepi ad potis
sima patrocinia tabellis prosequente transmitto quod
super est. reuerentiae uestrae quicquid habet humilitas
debitionis offerimus supplicans ut litteris uestris uel prome
arum assiduitate iam merear. FINIT.

UERSUS DE CASTELLO HONORATI EPI

Pontificis castrum spes est fides summa uitae
cuitu tor sanctus quae noscitur aperiunt
Hic clipeus uotum est procul hinc bellona recede.
quod meritis constat proelia nulla gerunt
Conditor hic muros solidat munimina factor
Nil metuat quisquis huc properat metuens

DICTIO DATA AMBROSIO

In altercatorem quia agrum in quo patres eius erant positi pro ludi
pretio dedit.

Postquam iudices de forme aleatoris studium deductus ad facili
tatem census euagerit. & crescentem certandi cupiditatem faculta
tum defectus addixit coeperunt turpi pro praemio nec parentum
sepulcra subduci coeperunt & spectari dubia casuum de fauillis.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0266